Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



dic illi. Quid hic statis tota die ociosi. Dicit ei.
Qia nemo nos conduxit. Dicit illi. Ite et vos mea.
Cum sero autem factum esset dicit dns vineae pcatori
suo. Voca operarios et redde illis mercedem incipiens
a nouissimis usque ad primos. Cum venisset quasi
circa undecima hora venerunt. Acceperunt singu
los denarios. Venientes autem primi arbitrati sunt q
plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos de
narios. Et accipientes murmurabant adversus
patrem familias dicentes. Hi nouissimi una hora
fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus
diei et estus. At ille respondens vni eorum dixit
Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario mecum
statuisti. Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et hunc
nouissimo dare sicut et tibi. An non licet mihi quod volo fa
cere. An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum. Sic erunt
nouissimi primi et primi nouissimi. Alleluia. Bo

Bonum est confitere domino et psallere nomini tuo altissime.